

2075

C O D I C E S

2076

*in missarum officijs deputasse noscatur &c. Injunctum sibi ait Scriptor opus ab eo, cui non possumus denegare, et ita ab Epistola Dom. I. in Adventu: Hora est iam nos de sompno surgere &c. orditur. Extrema sunt: ut sicut dyabolus per prudentiam deceperat ita per prudentiam decipietur.*

II. fol. 121. *Expositio super apocalipsin magistri Richardi de sancto Victore. Extat in Edit. Opp.*

*Laus tibi sit christe quoniam liber explicit iste*

III. fol. 205. *Brevis Historia Vitae Christi e IV. Evangelistis conflata, quae incipit: In principio erat verbum &c. finit: sedetque a dextris patris dei. Marci ult. Lucce ult. et etiam Cod. Univ. 138. indicata est.*

DCCCXLIII.

U. 2228 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 233. f. magnifice nigro, rubroque exaratus, literis initiorum deauratis, picturatisque splendidus, et olim Bibliothecae Episcopatus *Neostadiensis*, *Pontificale* est duabus Partibus constans, quarum Prior Titulis XXXIII. Ritus conferendi sacros Ordines, variarum Consecrationum et Benedictionum, et Ordinem majoris Hebdomadis docet, praemisso ab alia manu ordine romane ecclesie quomodo debet pontifex celebrare. Multa hinc inde per margines addita et subpleta sunt pro varia ejusmodi Ritualium ratione et ad calcem legitur: *Anno domini M°.*

*Colon. 1621. P. II. p. 300. 4. Libris VII. sed in editis non adfunt praefixa Libris Summaria, quae in Codice habentur. Prooemii initium est: Accipe itaque frater karissime sententiarum munus &c. Et totius tractationis finis: qui nec loco capitur, nec tempore mutatur, immensus eternus, qui est deus benedictus in secula seculorum. Amen.*

*CCC° undecimo. quinto. Idus. Marcij. perfectus est liber iste in argentina. per henricum scriptorem dictum wartenberg. Ecclesiam, sive Episcopatum, in cujus usus istud Rituale descriptum fuit, fortasse quis eliciat e nomine. S. Rupinae, quod in Litaniis fol. 144. p. 2. invocatur. Pars altera Praefationes Missales notis musicis illigatas, Missae Canonem pagina adpingendo Christo cruci adfixo vacua destituta, Benedictiones Episcopales, Altaris Consecrationem, Missas varias et Benedictionem Paramentorum sacerdotalium complectitur, atque hac Parte Literae quibusdam locis, nescio qua labe, fati evanuerunt.*

DCCCXLIV.

Codex membraneus lat. Sec. H. 3 XV. Folior. 365. f. per duas columnas eleganter exaratus, Iconibus IX. sacra Episcoporum munia exhibentibus, plurimisque aliis marginum et literarum picturis ab arti-

artifici penicillo, auroque magnificus est *Ceremoniale*, seu *Pontificale Romanum* scriptum in usum cujusdam Ecclesiae in *Gallia*, cujus Insigne: Claves duae aureae connexae sursum erectae in area caerulea cum lemmate *Donum Dei*, quod Insigne passim repetitur. Dixi in *Gallia*; nam et ratio folia numerandi v. g. IIIXX. pro LXXX. gallica est, et *Umbella fol. 254*. Arae impendens caerulea liliis aureis confita, et in *Litaniis SS. fol. 19. p. 2.* praeter *Hilariium, Martialem, Guillerimum* &c. invocantur etiam *S. Privatus* et *S. Fredaldus* Episcopi *Mimatenses* seu *Gabalitani*, unde credibile est, Codicem ad hanc Ecclesiam (gall. *Mende*) pertinuisse. Distribuitur ille porro in III. *Partes*. Prima de Sacramentis *Ordinem Baptismi, Confirmationis, faciendi Psalmistam, Clericum, Hostiarium* &c. usque ad *Presbyterum* docet et quidem per quinque tempora, videlicet: *Sabbato in Jejunijs quatuor temporum post Inuocauit me. Sabbato post Letare iberusalem. In vigilia pasche. In ieiunijs quatuor temporum sabbato primo post penthecosten. Sabbato in ieiunijs quatuor temporum post exaltacionem sancte crucis.* Sequitur de *examinacione ordinacione et consecracione episcopi. Ordo romanus ad romanum pontificem ordinandum. De monacho uel alio religioso faciundo. De professione nouiciorum, confirmacione et benedictione regularis abbatis et abbatisse, virginum et vidue. Ordo ad benedicendum et coronandum Impe-*

*ratores, Imperatricem, Regem, Reginam, benedicendum Principem suae Comitum palatinum, et novum Militem.* Itaque satis observata serie *Pontificalis* moderni, ut docet collatio. Nihil tamen in hoc de Pontifice Rom. et Imperatore, a quo etiam *Rubricae* Nostri non raro abluunt. Ita *fol. 119.* notant, quasdam Ecclesias non facere *Scrutinium serotinum* Episcopi consecrandi, nec Ecclesiam Rom. de eo curare. Item *fol. 122.* Ecclesiam Rom. propter ordinationes Episcoporum nunquam mutare officium diei; alias vero plures dicere *Missam de Spiritu sancto*, vel aliam, quae adtextitur. Item *fol. 129. p. 2.* post traditionem Libri Evangeliorum legitur: *Et mox in quibusdam ecclesijs consecrator aperit librum euangeliorum inter manus consecrati. et videt pronosticum de quo non est curandum.* Et plura hujusmodi. Pars *Secunda* a *fol. 181.* agit de *Benedictionibus, de consecracione Ecclesie, Altaris, etiam portatilis, benedictione cimiterij, reconciliatione ejusdem et Ecclesie, de consecrandis seu benedicendis sacris vasis, vestimentis, crucibus, Imaginibus, baptisterijs, campanis, quae etiam Signa vocantur, ceterisque, quae P. II. novi Pontificalis pariter habentur, exceptis benedictionibus Muneris, quod in Ecclesia offertur, Panis ibidem uel festo ascensionis vel penthecostes distribuendi, carnum, casei, lactis et mellis, uvarum, novorum fructuum, cilicij, baculi et pere seu scarpelle (E-*

scarfelle) aliarumque rerum, quae in antiquis *Ritualibus* reperiuntur, in dicto tamen *Pontificali* omiffae funt. Pars *Tertia* a fol. 254. inchoat ab *Ordine ferie IIII. in capite ieiuniorum*. Sequitur *Ordo in V. feria cene dimini, Ordo feria sexta in parasceue, in sabbato sancto, Ordo ad benedicendum mensam*, quae tria posteriora in mox memorato *Pontificali* defunt, *Ordo ad concilium seu synodum celebrandum*, sine Forma tamen Juramenti, *Ordo suspensionis* &c. tamen absque *Degradationis* Forma. Fol. 297. p. 2. *Ordo contra auram leuatam*, id est, contra tempestates. Reliqua hujus Partis etiam in *Pontificali* moderno v. g. *Venet.* 1758. 8. edito habentur. At vero a fol. 307. nobis habetur *Ritus Missae ab Episcopo dicendae vel audiendae, Instructio de Laudibus seu Rogationibus, de Gloria, Credo, Benedictione Episcopali, Ite Missa est, de Coloribus in officio divino, de usu baculi pastoralis, Sandaliorum, Mitrae aurifrisatae et simplicis, et Pallei Metropolit.* Succedunt *Benedictiones pontificales*, inter quas una *In translacione sancte corone domini*, nempe *Venetiis Parisios* a. 1239. Earum Index, *Ordo ad visitandum infirmum*, et *Ordo sepeliendi clericos romane fraternitatis*, in cujus rubricis inter alia habetur: *De mandato rectoris pater spiritualis veniat in medium. et reddat testimonium pro defuncto. si fuerit vnctus. si confessus et de vita sua testimonium rector querit a*

*cuncto clero* &c. Atque istud praesente corpore ante sepulturam.

## DCCCXLV.

Codex membraneus lat. quem U. 73<sup>a</sup> facile quis vetustiore crederet, Sec. XVI. Folior. 241. fol. max. caractere grandi pulcre per scriptus et coloribus amoenus, quondamque *Johannis Fabri Praefulis* nostri *Pontificale* est, sequentia complexum: *Benedictiones Vestimentorum sacerdotalium, Ordinem de confirmandis pueris, Clericorum ordinationem* per omnes gradus, *Impositionem primarij lapidis pro ecclesia edificanda, Ordinem ad benedicendam ecclesiam*, et *Consecrationem Altaris*, item *ad reconciliationem violatae Ecclesiae, Ordinem in Cena domini* videlicet reconciliationis Poenitentium, demum *Benedictiones pontificales super populum Maiorum festiuitatum*. In ordinatione Clericorum fol. 21. p. 2. Episcopus Ordinandos ita adfatur: *Nos Georgius dei et apostolice sedis gratia Episcopus Viennensis* &c. Vides igitur scriptorem Codicis antiquius aevum mentiri, quod non semel accidit; nam *Georgius* hic *Labacensis de Zlatkonja*, quod lingua Carniolorum *Equum aureum* sonat, unde a quibusdam etiam *Chrysispus* dictus est, infulas *Viennenses* ab a. primum 1513. ad a. 1522. gessit. Plura de laudabili hoc Viro retuli in *Memorab. Bibl. Garell.* p. 258. et pluribus *Hist. Typogr. Viennens.* locis. Fol. 64. p. 2. jub-